BREVIARIUM BRIXINENSE
Neustift (?), um 1500 Seite 39r
Quelle: http://manuscripta.at/?ID=35473
Copyright: Neustift/Novacella, Augustiner-Chorherrenstift



loquebaris et aduersus filiū matris tue
ponebas scandalū: hec fecisti et tacui.
Existimasti inique quod ero tui silis: ar-
guam te et statuam contra faciem tuam.
Intelligite hec qui obliuiscimini deū: ne-
quando rapiat et non sit qui eripiat. Sacri-
ficiū laudis honorificabit me: et illic iter
quo ostendam illi salutare dei. Ps. Mi-
serere mei. Que secunda feria in laudibus. Ps.
Quid gloriaris in malicia: qui potens
es in iniquitate. Tota die iniusticiam
cogitauit lingua tua. sicut nouacula
acuta fecisti dolū. Dilexisti maliciam sup
benignitatē: iniquitatē magis loqui
quam equitatē. Dilexisti oīa verba precipi-
tacōis: lingua dolosa. Propterea deus
destruet te in finē: euellet te et emigrabit
te de tabernaculo tuo: et radicē tuam de
terra viuenciū. Videbunt iusti et time-
bunt et sup eū ridebunt et dicent: ecce
homo qui non posuit deū adiutorē suū.
Sed sperauit in multitudine diuiciarum
suarum: et preualuit in vanitate sua. Ego
autem sicut oliua fructifera in domo dei: